nũq̃ licuit vni viro simul hr̃e plures vxores
absq̃ diuina dispensatõe. Quia qd̃ est cõtra
ius nature. hoc nulli licet sine diuina dispen
satione. Sed vnũ viꝫ hr̃e plures vxores est
ꝯ ius nature. g̃ ⁊c. Maior ptꝫ. Minorẽ pro
bo. qꝛ de lege nature est istud pceptuꝫ. qd̃ tibi
non vis fieri alteri ne feceris. sed vir nollet q̃
vxor̃ sua aliuꝫ viꝫ hr̃et. g̃ ꝯ legẽ nature est q̃
vir ꝓpria auctoritate plures vxores accipiat
¶ Et confirmat ista minor sic. Illud qd̃ in/
ditũ est homi a principio sue creatõis. hoc vi
det esse de iure naturali. Sed vnũ viꝫ habere
vnã vxorẽ est homi inditũ a principio sue cre
ationis. Naꝫ sicut patet Gen. ij. immediate
creat̃ ꝓmis hoib̃ dixit Adã Quãobrẽ relin
quet homo patrẽ suũ ⁊ matrẽ suam. et adhe/
rebit vxori sue. ⁊ erũt duo in carne vna. ¶ Cõ
clusio scda est q̃ ex diuina dispensatiõe vnus Cõclusio scda.
vir licite põt habere plures vxores. Quia cõ/ 1.
ditor legis põt in pceptis legꝫ dispensare. ma
xime si talia sint q̃ in eis dispensatio nõ de/
roget honori dispẽsantis. Sed deus est condi
tor legis nature. ⁊ dispensatio sup vxor̃ plu/
ralitate respectu vnius viri nõ derogat diuino
honori. g̃ nõ obstãte q̃ vnam vxorẽ esse vni̊
viri sit de lege nature. tamẽ coopante diuina
dispensatione vnus vir licite põt plures vxo
res habere. Maior patet. qꝛ est vulgata ꝓpo
sitio ĩ iure tam canonico q̃ ciuili. Minor eti
am patet q̃ituꝫ ad pmã suã ptẽ. qꝛ cũ deus sit
conditor nature. igit̃ ipse solus ẽ ꝯditor legis
nature. Patet etiã q̃tũ ad scd̃am ptẽ. qꝛ non
apparet aliq derogatio diuini honoris ex eo
q̃ de dispensante vnius viri eẽnt plures vxo
res. ¶ Forte dicet q̃ ista scda conclusio repu Instantia 1
gnet ꝓbationi pme ꝯclusionis. Quia ius na
turale ñ capit dispensationẽ. Nã vt ait Aug.
conditor nature nihil facit ꝯ naturã. Igitur
si vnũ viꝫ habere plures vxores est ꝯ legẽna
ture. vt dicit minor ratõis adducte ꝓ prima
ꝯclone. igit̃ diuina dispensatõe nõ põt vnus
simul plures hr̃e. cui̊ oppositũ asserit in scda
ꝯclone. ¶ P. ꝯ eandẽ minorẽ arguit sic. Lex 2
iuris naturalis est eadẽ apud omẽs. Sed de
vna vxore habenda ab vno viro nõ fuit semp
eadẽ lex apud omnes. qꝛ sancti patres veteꝫ
testamẽti habuerũt plures vxores. vt appa/
ret de Abrahã. iacob. dauid. ⁊ ꝯmuniter etiã
alij viri illi̊ testamẽti plures habuerũt vxores

3 ¶ P. ius naturale est quod natura oia aniamalia docuit. vt dicit i iure ciuili. Sed vnū marem esse vnius femelle natura nō docuit oia animalia. Unus em̄ gallus ꝑmiscet multis gallinis. vnus thaurus multis vaccis. vnus aper multis porcis. Et sic de pluribꝫ alijs aialibus. g vnū vīz habere vnā solā vxorez non videt esse de iure naturali. ¶ Ad ꝑmuz nego maiorē loquēdo de talibus i quibꝫ dispēsatio nō est ꝑtra honorē diuinū. Ad ꝓbationē dicēdum ꝙ natura pōt dupl'r cōsiderari. Uno modo q̄tum ad cursum cōem seu potētiā naturalē. Alio mō fm potentiā obedientialē. Et de isto scdo modo intelligendū est dictū beati Aug. ⁊ nō de ꝑmo. Quia ꝑtra naturā q̄tum ad eius potentiā obedientialē deus nūq̄z facit Sed ꝑ naturalē cursū nature deus sepi⁹ facit Ꝓseruauit em̄ pueros illesos i camino ignis ꝑtra naturalez cursum nature ignis. ¶ Et isto mō etiā ipse deus fm assumptā naturā genitus fuit de virgine gloriosa. ¶ Ad scdm dicēdum ꝙ ius naturale q̄tū ad psens spectat cōsistit in dictamine recte rōnis. ita ꝙ istud ē de lege nature seu de iure naturali qd̄ recta ratio dictat. Et ideo sicut deficit de facto apud multos dictamen recte ratōis. sic etiā de facto multi faciūt ꝑtra legē nature. vel ꝑtra ius naturale. Et ideo licet lex nature sit eadē fm se apud omnes. non tñ omēes oparntur fm legē nature. ⁊ hoc qz vel lex natute est obfuscata in mētibꝫ ipsoꝝ ꝓpter pctā vel demerita eoꝝ. vel qz scientes ea q̄ legis sunt ex certa malicia faciunt ꝑtra legē. Propter quod multi paganoꝝ ⁊ gētilium tenēt plures vxores. q̄uis hoc faciant ꝑtra legē nature. ⁊ in hoc grauiter peccāt. Nz sicut dicit Innocēti⁹ extra de diuortijs. c. gaudemus. Nulli vnq̄z licuit simul plures vxores habere. nisi cui fuerit diuina reuelatōe cōcessum. ¶ Ad formā igit rationis dicēdū ad minorē. ꝙ licet de facto ista lex nō fuerit ab oibus obseruata. tamē sic fuit apud oēs. ꝙ omnes ad sui obseruantiā obligabat. excepto his cū quibus conditor legis. s. ipse deus dispēsabat. de quoꝝ numero fuerūt illi sancti patres de quibꝫ ꝓcedit illius minoris ꝓbatio. Cū illis em̄ patribꝫ deus dispēsauit explicite ꝑ aptam reuelationē. ⁊ cuz alijs eiusdē gentis qui ad exemplū istoꝝ habuerūt pluritatē vxorum ad multiplicandū populū qui vnū vez deuz coleret dispensauit implicite. ¶ Ad terciū dicendū ꝙ aliquid dicit de iure naturali dupl'r Uno modo fm naturā generis. ⁊ sic maior ē vera. Alio mō fm naturā speciei determinate puta fm naturā rationalē. sicut est in ꝓposito de vnitate vxoris. ¶ Hoc em̄ dictat recta ratio ꝙ in specie humana vna debeat esse vxor vni⁹ viri. nisi ex aliqua certa causa conditor natu re in hoc dispenser. Et isto scdo modo maior nō est vera. ¶ De libello repudij est aduertēdū. ꝙ nō licebat in veteri lege mulierē repudiare nisi ex aliqua causa eueniēte post cōtractū matrimonij. nec id differēter licebat ꝓpter quālibet causā eueniente. sed solū ꝓpter tales causas quibus bonū plis poterat aliquaten⁹ impediri. Et hoc vel q̄tum ad corpus. puta si mulier apparuit sterilis. vel fuit leprosa. vl' aliq̄ alia notabili feditate maclata. Uel q̄tū ad aiaz. puta si fuit mulier mali moris. Propter continuā em̄ cohabitationē prolis cum matre vtplurimū proles sequit mores mr̄is. Et quia viri hebrei fuerūt durissimi cordis. ideo ne ꝓpter mortale odiū ipsi occasione p̄dictoꝝ defectuū vxores occiderēt. pmisit moyses diuortiū fieri inter virum ⁊ vxorē. declaratis causis p̄dictis. ⁊ i libello ꝑscriptis. q̄ libell⁹ repudij dicebat.

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

De libello repudij.

Quantum ad quartum articulū essent duo videda. Primo vtz virginitas sit virtus. Scdo vtz bonū matrimoniale sit melius virginitate. ¶ De ꝑmo ad p̄sens nihil dicā. ne nimis p̄sentē questionem teneā. ⁊ etiā quia intendo illā inquisitionē dño concedēte quādoq̄z seriosius ꝓtractare. ¶ De secūdo est aduertenduz. ꝙ virginitas ⁊ matrimoniū possunt dupl'r ad inuicez compari. Uno mō fm tēpus p̄cedēs virginē Mariaz. Alio mō fm tēpus sequēs. ⁊ maxime fm tēpus gratie quo veritas euangelica fuit diuulgata. ¶ Et fm hoc pono duas cōclusiones. ¶ Prima ē ꝙ in tempe p̄cedenti. matrimoniū fuit laudabilius ꝓ virginitate. Nz illud quo diuinū p̄ceptū impleť est laudabilius eo quod nec cadit sub p̄cepto nec sub cōsilio. Sed in veteri lege ⁊ in tempe p̄cedenti ortū virginis Marie matrimonio impleba tur diuinuz preceptū. ⁊ toto illo tempe virginitas nec cadebat sub p̄cepto. nec sub ꝑsilio. ergo ⁊c. Maior ē nota. Minor patet ex dictis supius distinctione. xxvi. articulo. iij.

Articulus quartus

Cōclusio prima. 1

¶ P. status corpaliter fecūdior illo tempe fuit virtuosior ⁊ cōmendabilior. Sed mr̄imonium ē corpaliter fecūdius virginitate. Maior patet. quia mulieres ⁊ viri carētes fecunditate corpali illis diebus maledicti putabant

2

Secda cõclusio.

Minor autẽ de se est nota. ¶ Conclusio secunda est. q̃ p tempe sequẽti et specialiter qñ lex euangelica fuit diuulgata. tũc virginitas fuit nobilior et cõmendabilior matrimonio.

1 Quia illud quod in lege euãgelica cõsulitur tanq̃ ptinẽs ad statum summe pfectionis. h̃ est pfectius ⁊ nobilius eo quod indulgeꝯ tanq̃ ptinẽs ad statum vite cõmunis. Sed ĩ lege euãgelica virginitas consuliꝯ tanq̃ ad statum summe pfectionis ptinẽs. ⁊ matrimonium indulgeꝯ tanq̃ ptinẽs ad statum vite cõmunis. ergo ⁊c. Maior est nota. Minor etiam patet cuilibet iuuẽti textũ apl'i. i. ad Corinth. vij. ¶ P. illud quod in statu legis euãgelice est magis meritorius altero. hoc est virtuosius ⁊ pfectius eo. Sed virginitas respectu matrimonij est hm̃oi. ergo ⁊c. Maior patet. Probat minor. q̃ qd̃ in vita futura maioris est pmij. hoc in vita p̃senti maioris ẽ meriti. Sed virginali statui in vita futura dat premiũ correspõdens cẽtesimo fructu. ⁊ matrimonio datur pmiũ correspõdẽs tricesimo fructu. vt patet p glo. sup illo verbo euangelij. quod autẽ cecidit in terram bonam. ¶ P. Cypr̃ianus de virginitate ait sic. Flos est iste ecclesiastici germis. decus ⁊ ornamentũ gratie spũalis. illustrior portio gregis christi. Ex quo patet q̃ in statu christiano virginitas ẽ laudabilior matrimonio.

Instantia

1 ¶ Forte ꝓtra istud dicet aliquis iudeus. q̃ sicut se habet terra fecunda ad terrã sterilẽ. sic se habet matrimoniale coniugiũ ad virginitatẽ. Sed terra fecũda est laudabilior sterili. ergo ⁊c. ¶ P. illud est laudabilius quod congruit statui magis laudabili. Sed status innocẽtie ẽ magis laudabilis inter omnes status vie. ⁊ huic statui congruit matrimoniũ. ⁊ nõ virginitas. nam si mãsissent homines in statu innocentie nulla seruata virginitate omnes matrimoniũ cõtraxissent ¶ P. illud quod a deo est institutũ laudabilius est eo quod ab homibus est excogitatũ sine dictamine recte ratõnis. Sed matrimoniũ est a deo institutũ. vt patet ex dictis supius. ⁊ virginitas est ab homibus excogitata sine dictamine recte rationis. Nã recta ratio est indagatrix medij. quia dissuadẽdo extrema dictat mediũ inter supfluũ et diminutũ esse tenẽdum. ⁊ ideo virtus consistit in medio eo q̃ sit habitus electiuus p̃ut recta ratio dictat. vt patet. ij. ethicor. Sz tale mediũ tenet matrimoniũ inter passiones venereas ⁊ nõ virginitas. tenet em̃ virginitas alterum extremũ simpliciter contra intempantiam. quia nec quãdo oportet nec vbi oportz admittit hm̃oi delectationes sicut ecõtra intẽperãtia facit hominẽ talibus delectatõnibꝫ se dare quãdo nõ oportet. ⁊ vbi nõ oportet. Et istoꝝ mediũ obseruat ab his qui tenẽt matrimoniũ p̃m q̃ a deo ẽ institutũ. igiꝯ ⁊c. ¶ Ad primũ dicendũ q̃ q̃tuis maior cõtineat aliq̃d veritatis loquẽdo de corpali fecũditate. est tamen falsa loquẽdo de spũali fecũditate. Naz q̃tum ad fructũ spũalem loquẽdo virgitas ẽ multo fecũdior matrimonio. eo q̃ virgo fecundissimũ habeat spõsum. s. dñm ihm christũ. iuxta quod ait apl'us. Despõdi em̃ vos vni viro virginẽ castam exhibere xpo. Unde hm̃oi spũalem virginitatis fecunditatẽ ⁊ corporalẽ sterilitatez tangens ille sapiẽs Sapie ij. ait. Felix sterilis ⁊ incoinquinata. que nõ sciuit thorum in delicto: habebit fructũ in respectõe animaꝝ sanctarũ. Et infra ca. iiij. ait O q̃ pulcra est casta generatio cũ claritate. Solutio. Ad. 1.

¶ Ad secundũ dicendũ. q̃ maior nõ est omnibus modis vera. q̃ nõ oportet q̃ illud qd̃ congruit statui nobiliori esse nobilius ĩ quolibet statu. al's em̃ sequereꝯ q̃ pnũc in isto statu nõ pati ꝓpter deũ esset laudabilius q̃ pati ꝓpter deum. et nõ ieiunare ꝓpter deuz esset laudabilius q̃ ieiunare ꝓpter deũ. quia ĩ statu innocẽtie nullus fuisset passus ꝓpter deũ. nec aliquis ieiunasset ꝓpter deũ. Itez laudabilius esset viros ⁊ mulieres pronũc penitus ire nudos q̃ vestitos. quia in statu innocentie omẽes iuissent nudi ⁊ absq̃ vestitu. ¶ Etiam minor nõ est vsq̃quaq̃ vera. Nam licet status innocẽtie fuisset cõmodior ⁊ securior. tamẽ status gratie videꝯ esse laudabilior ⁊ finaliter vtilior ⁊ nobilior ꝓpter maius meritũ quod homo põt acquirere in statu gratie quod forte nõ habuisset in statu innocẽtie. Ad. 2.

¶ Ad terciũ nego secundã ptẽ minoris. Nã sicut matrimonialis fecũditas p̃mo homini fuit a deo naturaliter indita. sic pura virginitas Marie virgini fuit a deo supnaturaliter inspirata. ⁊ cũ magno rationis dictamine ab illa gloriosa virgine ⁊ a ceteris ipsam imitãtibus obseruata. ¶ Ad pbationẽ dicendũ. q̃ mediũ virtutis cuiꝰ recta ratio ẽ indagatrix: nõ consistit semp in medietate quãtitatis illius circa quod est virtus. quia tũc magnificẽtia nõ esset virtus. cũ ipsa sit circa sumptus ⁊ dona. ⁊ tamẽ nõ inclinat hominẽ ad faciendum mediocres sumptus. sed ad faciendum maximos sumptus. quia vt patet. iiij. ethicorũ. nullus maiores sumptꝰ facit q̃ magnificꝰ Ad. 3.

Et ideo medium virtutis in talibus oportet accipere quantum ad circumstantias modificantes ipsum actum fm dictamen recte rationis. puta ille est vere magnificus qui dat maxima dona. quando oportet seu decet. et cui decet. et propter quid decet. Ille vero non esset magnificus qui eque magna daret qui non deceret. et cui non deceret. et ppter talem finem. ppter quem non deceret.

¶ Et eodem modo dicendum est de virginitate. quod licet quantum ad materiam circa quam eam teneat simpliciter extremum. declinando et refrenando ac refutando omnes venereas delectationes. tamen vt tenet medium quantum ad circumstantias iuxta dictamen recte rationis vere debet dici virtus. puta si aliquis seruat virginitatem quando debet. scz in tempe gratie. quando virginitatem autem ticando filius dei nasci voluit ex virgine. et propter quod debet. puta ad laudem dei et ppter amorem dei. Nam extremum deuians ab isto medio fuisset virginaliter continere quando homines ex precepto diuino in veteri lege se debebant matrimonio dare. vel etiam nunc ppter laudem humanam. sicut fatue virgines lampades sine oleo portantes. vel ppter honorem idoli continentes. sicut virgines aliquae romane dea vestam solebant honorare. Iuxta quod dixit prefectus romanus ad sanctam Agnetem. Iam te pparare ad venerandam deam vestam necesse est. vt si pseuerantia virginitatis placet. die noctuque eius sacrificijs venerandis insistas. ¶ Ad argumentum principale nego consequentiam. Ad phationem dicendum. quod si mulier voluerit tunc potest sequi virum. et sic in itinere et vbicumque mora contraxerit potest a viro suo exigere debitum. et ipse tenetur reddere. supposita tamen ex pte sui possibilitate. et exteriori debita honestate. puta quod tali loco et tpe reddat vt ex hmoi redditione nullus scandalizet.

Ad argu. princi.

¶ Distinctio tricesima quarta.

Nunc super est videre. Postque magister determinauit de bonis matrimonialibus que sunt matrimonij causa finalis. nunc in ista. xxxiiij. dis. incipit tractare de personis contrahentibus que sunt matrimonij causa materialis. Et diuidit in duas ptes. Quia primo tractat de personis aliquibus modis illegitimis ad matrimonium pficiendum. Secundo de personis omnino inhabilibus ad matrimonium contrahendum. dis. xxxvij. ibi. Sunt igitur quidam ordines. Prima in duas. Nam primo tractat de impedimentis contractum matrimonij precedentibus. Secundo de impedimentis concomitantibus et subsequentibus. dis. xxxv. ibi. Hoc etiam notandum. Prima in duas. Quia primo considerat quedam impedimenta quinque matrimonium totaliter dirimunt Secundo de quibusdam quinque matrimonium penitus tollunt ibi. De his etiam. Prima in duas. Quia primo quedam impedimenta matrimonium dirimentia tangit in vli. Secundo alia predictorum tangit in speciali. ibi. De his enim. Et hec in tres. Quia primo ostendit quomodo matrimonium impedit naturali frigiditate. Secundo maleficij prauitate. Tercio furiosa infirmitate. Secda ibi. De maleficij autem Tercia ibi. Furiosi quoque. ¶ Circa istam distinctionem quero.

Vtrum aliquod impedimentum dissoluat matrimonium iam contractum. ¶ Et videtur quod non. Quia quod de sui natura est indissolubile. hoc nullo impedimento dissolui potest. Sed matrimonium de sui natura implicat indissolubile vinculum. vt patet ex dictis supius. Ergo. ¶ In contrarium sunt iura canonica quamplura matrimonij assignant impedimenta. vt in processu istius quonis patebit. ¶ Hic quattuor sunt videnda. ¶ Primo de impedimentis matrimonij in generali. ¶ Secundo in spali de impotentia coeundi ¶ Tercio de inhabilitate ad habendum homis furiosi. ¶ Et quarto de impedimento accidente ex vicio homis incestuosi.

Quantum ad primum

Articulus primus.

ennuertendum. quod quedam sunt impedimenta ppter que phibet matrimonium contrahendum. sed non dirimit contractum. Alia ppter quod phibet contrahendum. et etiam dirimit quod videbat esse contractum. ¶ Prima impedimenta sunt in genere duplicia Quia quedam dicunt phibitones ecclie. Alia dicunt ferie. Et istud comprehendit hoc versu. Impediunt sz non dirimunt vetitum: feriegz ¶ Ad intellectum primi impedimenti. s. cum dicit vetitum. i. phibitum. ennuertendum. quod ecclia quinque phibet p modum statuti irritando omne illud quod in contrarium attentat. et sic non accipit in ppositio phibitio. quia talis phibitio non solum impediret matrimonium contrahendum. sed etiam dirimeret contractum. sicut quin ecclia phibet ne aliquis ducat suam consanguineam vel affinem in vxorem. Quinque autem phibet phibitone simplici sine irritatione eius quod fit in contrarium. sicut extra de pe. et re. prohibet ille qui sacerdotem occidit ne vnquam contrahat matrimonium oibus diebus vite sue. Et sic est in ppositio. Nam dato quod

Versus.

ꝯ hmoi simplicē ꝓhibitionē homo ꝯhat matrimoniū. tūc q̃uis sic ꝯtrahēs mortaliter peccet tanq̃ trāsgressor aplici pcepti. tn̄ mrimonium manet ꝯctū. et nō dirimit i futurū. ¶ Ad intellectū etiā secundi impedimēti. s. de feriis. est aduertendū. q̃ dies feriati sunt tribus vicibus i anno. vt patet. xxxiij. q. iij. c. nō oportz scz ab aduentu dni vsq̃ post epiphaniā. et a septuagesima vsq̃ ad octauā pasce. et tribus septimanis ante festū Johannis baptiste. q̃ tres septimane debent incipi tribus diebꝫ ante ascensionē dni. ⁊ terminari in octaua pentecostes. vt determinatū est extra de feriis. c. capellanus. ¶ Et nota q̃ ꝑdictis diebus nō ꝓhibetur cōtractus sponsaliū vel etiam matrimonij fieri. sed prohibetur sollēnizatio matrimonij ꝑ sacerdotalē bn̄dictionē. ac etiā ꝯsummatio matrimonij ꝑ carnalē copulā. sicut patet. xxxiij. q. iij. c. oportet. et duobꝫ capitul' sequentibus. Lōcordāt etiā i hoc doctores iurīs. ac etiā theologie. ¶ Et ratio illius ꝓhibitionis cōmuniter assignat. qr in illis tribꝫ festiuitatibꝫ. s. natiuitatis dni. pasce ⁊ pēthecostes homines debent se parare ad recipiēdū sacram ꝯmunionē. ⁊ ideo circa illa tempa debent sibi cauere a talibus mūdanis negocijs. quibus solito modo occupātur homines i sollēnitatibꝫ nuptiarū. ¶ Alia impedimenta ꝓpter q̃ dirimit matrimoniū quod videt esse ꝯtractū. xij. esse vident. ⁊ his versibꝫ comphēdunt. ¶ Error. cōditio. votū. cognatio. crimē. Cultꝰ disparitas. vis. ordo. ligamē. honestas. Si sis affinis. si forte coire nequibis. Nec socianda vetant connubia. tūcta retractāt. ¶ Ista duodecim impedimēta notauit Hostiensis i rubricella de matrimonio. c. viij. qualiter impediatur. ¶ Ad plenior ēigit intellectū eorum que in iā dictis versibus cōtinētur. est sciendū. q̃ error significat errorē ꝑsone. de quo dictū est supius dist. xxx. Cōditio significat seruitutē. de qua patet ibidē. Dicet etiā de hoc infra dist. xxxvi. Votū nō accipit hic qualiter cūq̃. sed votū continētie sollēne. Uotum em continētie ꝑuatū. q̃uis impediat mrimoniū ꝯhendū. tn̄ nō dirimit ꝯctū. vt patebit infra dist. xxxvij. Cognatio ē triplex. Una carnal' ⁊ de hac videbit di. xl. Alia spūalis. Et tercia legalis. Et de his duabꝫ patebit dis. xlij. Crimē. Aliq̃ crimina ꝓhibet mrimoniū ꝯhēdū. ⁊ dirimūt ꝯctū. Aliq̃ ꝓo nō dirimūt ꝯctū. q̃uis ꝓhibēt ꝯhendū. vt patebit dist. xxxvij. Cultus disparitas. puta qn̄ de duobꝫ coniugibꝫ infidelibꝫ vnꝰ ꝯuertit ad fidē xpianam. alio ꝑseuerāte in sua infidelitate. tūc fidel' pōt ꝯtrahere mrimoniū d̄ nouo cū ꝑsona fideli. ⁊ dissoluit ꝑmū mrimoniū eo mō q̃ dictū ē. s. dis. xxvij. arti. i. i solutōe q̃nte instātie. Et d̄ hꝫ etiā patebit. j. dis. xxxix. Uis. i. violētia vl' coactio. de qua dictū ē dis. xxix. arti. i. Ordo nō quilibet sed sacer ordo ꝓhibet ꝯhendū. ⁊ dirimit ꝯctū. vt patebit di. xxxvij. Ligamē puta si hz legitimā vxorē viuentē. ⁊ ꝯhit cuz alia. tūc ꝓpter ligamē vinculi mrimonialis q̃ alligatus ē vxori ꝑmeno ten et mrimoniū q̃ se alligauit vxori sēdē. qr d̄ iure naturali vna dz ēē vxor vniꝰ. vt dictū ē dist. xxxiij ꝯcl'de ꝑma. De isto etiā ī pedimēto patebit dis. xxxv. ⁊ xxxvij. circa finē. Honestas. i. publice hōestatis iusticia. de q̃ patebit dis. xli. Affinis. De isto ī pedimēto qd d̄r affinitas sil'r dicet dist. xli. Coire neq̃bis. hꝫ significat impotentiā cocundi. de qua dicet immediate i articulo seq̃nti.

Uersus.

Istud ē directoriū q̃tuz ad oia impedimēta mrūonij.

Quātum igitur ad hoc est aduertendū q̃ hmoi impotētia tripl'r pōt accidere. Articulus secundus.

Uno mō ex ꝑte viri. Alio mō ex ꝑte mulieris. Tercio mō ex ꝑte vtriusq̃. Ex ꝑte viri tripl'r. Uno mō ex frigiditate naturali puta si ex nimia siue complexionis frigiditate nō potest habere tantā erectionē virilis virge q̃ possit naturali mō ꝯiungi cū aliq̃ muliere. ¶ Secdo mō ex lesiōe accidētali. puta si ex sectione caret vtroq̃ testiculo. vl' alis sic lesus ē i mēbris genitalibus q̃ omino est inutilis ad actū carnalis copule. ¶ Tercio mō ex prauitate sortilegali. puta si ex dyabolica deceptione seu incantatione est maleficiatus. ¶ Sz ꝑmo mō vl' illa frigiditas est tempalis ⁊ trāsitoria. ⁊ tunc ꝓpter impotentiā ex tali frigiditate contingentē. nō sunt diuortia mrimonij celebrāda. Si autē hmoi frigiditas est ꝑpetua. tūc ratiōe eius ꝓhibet mrimoniū ꝯtrahendū. ⁊ dirimit ꝯtractū. eo q̃ via nature sit impossibile talē hoiez debitū carnalis copule reddere alicui mulieri. ¶ Est tn̄ valde necessariū vt ēps vel eius vicē gerēs inter aliquas ꝑsonas celebrans diuortiū ꝓpter hmoi perpetuā frigiditatē nature. ⁊ diligēter ꝑcipiat veritatē anteq̃ ferat sniaz. quia calor naturalis in aliquibus homibus ex successu tempis vigorat. qn̄ ꝑ corpale crementū debitā staturaz corpis adepti sunt. qui ꝑ ꝑus debilis videbat q̃tū ad officiū ꝓtutis generatiue. qn̄ natura hmoi calorē q̃si total'r direxit ad officiū ꝓtutis nutritiue. ꝑ ꝑficiendo corpeuseq̃ ad mensurā

debite stature. ¶ Et iō ꝓcipit in iure extra de frigidis ⁊ maleficiatis. c. laudabile. q̃ p̃ triennii debent simul cohabitare. ⁊ sine fraude q̃ntum aptiori modo possunt debet probare vtr̃ possint carnaliter conuenire. Et si elapso triennio conuenire nō poterūt. tūc si abinuicē volunt separi. oportet eos ambos iurare de predicta impotentia cū septima manu. i. cum septem hominibus ꝓpinquis vel vicinis. qui septē homines iurabūt q̃ credūt istos coniuges verum dicere de predictis. Et hoc facto epus vel eius vicē gerens dabit mulieri licentiā vt alteri possit nubere si noluerit cōtinere. virum autē prohibebit ne de cetero contrahat mr̃imoniū. ¶ Si tamē ꝓtra hmōi ꝓhibitionē alibi cōtraxerit. ⁊ reptū fuerit q̃ possit mulierē carnaliter cognoscere. tūc separandus ē a sēda. ⁊ cogēdus ē q̃ reuertat ad p̃mā. etiaz nō obstante q̃ p̃ma vxor fuerit interim altero viro matrimonialiter copulata ¶ Nota etiā q̃ fm glo. ſup p̃dicto capitulo. si an triennii posset haberi euidēs certitudo p̃ experientiā medicorū de ꝓpetuitate p̃dicte frigiditatis. tunc iam dictū tempus triennij posset p̃ iudicē abbreuiari. ¶ Si secūdo modo. tūc sine dilatione tēporis immediate mulier pōt licētiari vt ꝓtrahat cū alio viro si a p̃mo petierit separi ⁊ noluerit continere. ⁊ vir ꝓpetue p̃uādus est matrimoniali coniugio. quia ex successu tempis nō potest esse spes q̃ carēs vtroq̃z testiculoꝝ q̃z fiat aptus ad matrimoniū ꝓsummādū.

¶ Si tercio mō. tūc eodē mō faciendus ē sicē p̃dictū est de frigiditate ⁊ p̃ easdē distinctōes respondendū. Perpetuū em̄ reputat maleficium ⁊ nō tempale. quādo p̃ triennii cōiuges cōmorantes probauerūt se fideliter quantuz potuerūt. ⁊ tamē nunq̃z actū carnalis copule p̃ficere potuerūt. Unde in hoc solo videt esse differētia faciendo diuortiū ꝓpter maleficiū ꝓpetuum ⁊ ꝓpter frigiditatē ꝓpetuam. q̃ q̃z/uis frigido negetur licentia cum alia contrahēdi. tamē in diuortio ꝓpter maleficiū nō solū mulier. sed etiā vir in hoc relinquit sue volūtati. Cui⁹ ratio esse videt. qz p̃ maleficiū nō efficit q̃s impotēs respectu cuiuscūq̃z mulieris sed respectu hui⁹ mulieris cū q̃ deberet si posset mr̃imoniū ꝓsūmare. Si em̄ eēt ipotēs respectu cuiuscūq̃z mulieris. tunc tal' impotētia non imputaret maleficio. sz poti⁹ frigiditati. Et iō elapso p̃dicto triēnio. q̃uis nō ꝓcedat frigido q̃ cū alia mr̃iere possit ꝓhere. eo q̃ ita inutilis eēt sēde sicut fuit p̃me. tū h̄ ꝓcedit maleficiato. eo q̃ possit esse vtilis mulieri sēde q̃z/uis inutilis fuerit p̃me. ¶ Sed ꝓ istud sunt duo opiones. Quaz vna ponit q̃ maleficiuz nihil sit i rei veritate. sed solū in talium hoim extimatōe qui effect⁹ quoz cause q̃ñq̃z sunt occulte maleficijs dēmonū solēt reputare. Sic etiā terrores q̃s homo ex sua timida extimatione sibi ipsi facit: imputat dēmoni ¶ Sz ista opinio est cōtra dicta sanctoz. vt apparet ex p̃sse ex his que dixi li. ij. dist. viij. articulo. ij. ¶ Oppositū etiā ist⁹ opinionis expsse appet in legēda de sctō Lyp̄ano et iustina virgine. ¶ Est etiā ista opio ꝓ sacraz sc̄ptura q̃ Exo. viij. facit mentionē de maleficis regis pharaonis. ⁊. i. Reg. xxviij. de phitonissa. ¶ Et i ps. fit mētio de veneficio seu serpentū incantatione. Igit multo magis potest esse maleficiuz seu hominū incantatio. ¶ Alia est opinio q̃ ponit q̃ q̃z/uis maleficiū vere quādoq̃z ꝓtingat circa aliquos homines q̃z/tum ad carnalis copule impedimentū. nullū tñ maleficiū dirimit mr̃imoniū ꝓctū. Qz vt dicūt nullū maleficiū est ꝓpetuū. Nā dyabolus nō hz ptātē nisi sup pctōres. ⁊ ideo de leto pctō p̃ pniam: tollit maleficiū. Etiam vnū maleficiū potest tolli p̃ alterz maleficiū. Potest etiā tolli p̃ exorcismos ecclesie q̃ sunt ordinati ad rep̃mendum dēmonis potestatē. ¶ Sed nec ista opinio valet. quia expsse est contra ius canonicū et ꝓtra determinationē sancte matris ecclie. q̃ habet. xxxiij. q. i. c. si p̃ sortiarias. vbi dicit. q̃ si maleficiati sanari nō poterunt. tūc abinuicem separi valebunt. ¶ Etiā istud expsse habetur extra de frigi. et malef. c. littere vestre. in quo capitulo idē modus separationis ponit de maleficiatis post trienniuz qui p̃us positus est de incurabili frigiditate in. c. laudabilem.

¶ Ad rationē dicēdū q̃ ex p̃missione diuina q̃ñq̃z remanet pena ⁊ vexatio dēmonis etiam cessante culpa. ¶ Nec etiā licet xp̄iano vnū maleficiū tollere p̃ alterz maleficiū. qz nō posset p̃curare sēdm maleficiuz sine mortali pecato. Etiam dato q̃ aliquis se exponat hmōi mortali pctō temptādo vnū maleficiū tollere p̃ alterz: adhuc sua intentōne frustrat. put q̃ñq̃z aliqui sunt expti Propter qd̄ etiā q̃ñq̃z aliq̃ malefici dicūt q̃ nō q̃libet maleficiū potest tolli p̃ alterum maleficiū. ¶ Etiā deo p̃mittere sepe visum est q̃ exorcismi ⁊ ꝓiurationes ecclie nō valēt semp ad tollēdū corpales molestias illatas homib̄ ab ipsis dēmonib̄ Nec sūt ordinati exorcismi ad tollēdū q̃slibz

Opinio cōtraria.

Cōtra opinionē.

Opinio sēda.

Ratio

Cōtra opinionē.

Solutio rationis.

molestias dyabvli. sed determinate ad hoc sũt ordinati vt dyabolus nõ auertat homines a
Secda ps scdi articli ceptione baptismi. vt patet ex dictis magistri circa finẽ. vi. di. istiꝰ quarti libri ¶ Si autẽ ex pte mulieris accidit p dicta impotentia. puta qz mulier ẽ ita arta q̃ vir nõ potest ei carnaliter coniũgi. hoc potest esse dupl'r. Quia vel illa mulier sine sui corpis piculo potest p artẽ medicine vel q̃litercũqz aliter absqz mortali peccato taliter aptari. q̃ vir cũ quo cõtraxit ipsã possit carnaliter cognoscere. ⁊ tunc nõ est dirimendũ matrimoniũ inter hm̃oi personas contractuz. Uel nõ potest illa mulier ab hm̃oi impedimẽto curari sine sui corpis periculo. vel etiã sine mortali pctõ. tũc sufficienter pbata hm̃oi incurabilitate. si vir petit diuortiũ debent ab invicẽ separari. ⁊ licitũ est viro contrahere matrimoniũ cũ alia muliere. mulier vero innupta debet ppetua manere ¶ Si tamẽ cõtraxerit de facto cũ alio viro. ⁊ ab illo carnaliter fuerit cognita. tunc si ex vsu istius secũdi viri facta est apta p primo viro. cogenda est vt reuertat ad primũ ⁊ dimittat secundũ. quia ecclesia decepta fuit in ferẽdo sententiam diuortij. Nam impedimentũ qd̃ hm̃oi mulier habuit respectu p̃mi viri. nõ fuit incurabile sicut putabat. Ista patẽt extra de frigidis ⁊ malefi. c. fraternitatis. ¶ Sed in tercio casu. puta quãdo vir impotens contraxit cũ muliere nimis arta. tũc simul debent cohabitare sicut frater ⁊ soror. Quia istud consulitur quãdo impedimentũ solũ est ex pte vniꝰ. puta quãdo vir potẽs contraxit cũ muliere nimis arta. vel mulier ad matrimoniũ apta cõtraxit cũ viro impotente. Ergo multo magis istud est obseruandũ qñ impedimẽtũ coeundi est ex pte vtriusqz. Cõsequẽtia patet. Antecedẽs autẽ expsse habet extra de frigi. ⁊ malefi. c. consultatõi. vbi dicit. Romana ecclesia consueuit iudicare. vt quas tanq̃ vxores habere nõ possunt habeãt vt sorores. ¶ Et ne ista decretalis videat contradicere dictis p̃cedentibus. vbi allegatũ est p viro potente q̃ sibi debet dari licentia seu libera facultas contrahendi cũ alia muliere. est aduertendũ. q̃ fm iuristas ista decretalis loquit de eo qui contraxit cũ muliere quã anteq̃ contraheret nouit esse ineptã ⁊ nimis artã. decretalis autẽ p̃cedens loquitur de eo qui hoc ignorauit. ⁊ p̃ seqũs magis benigne est agendũ cũ eo qui p hm̃oi ignorantiã excusat. ¶ Est etiã secundo notãdum. q̃ ista decretalis consultatõi. nõ est absolute p̃ceptiua. sed psuasiua. ⁊ ideo posito q̃ contra mandatũ iã dictũ ipse vir contraheret cũ alia. tũc deberet manere cũ secũda. qz cũ p̃ma nõ habuit matrimoniũ suppposito q̃ impotẽtia coeũdi se tenẽs ex pte p̃me fuerit simpliciter incurabilis. vt pz extra de frigi. ⁊ male. c. q̃ sedẽ. vbi dicit. Qui impotẽtes sunt mẽ me apti ad contrahendũ matrimoniũ reputãtur. ¶ Forte dicet q̃ actus carnalis copule nõ est de esse matrimonij. ergo impotentia coeũdi siue se teneat ex parte viri pcise. siue ex pte mulieris pcise. siue ex parte vtriusqz simlr. nõ impedit matrimoniũ cõtrahendũ. nec dirimit contractũ. Antecedens põt pbari p ea q̃ dicta sunt dis. xxx. de mr̃imonio marie virginis. Cõsequẽtia etiã pz. qz ppter impotẽtiã illius qd̃ nõ ẽ de esse alicui⁹ non videt illud dissolui. q̃ ⁊c ¶ Dicendũ q̃ ñtia nõ ẽ vna. qz q̃zuis actꝰ carnalis copule nõ sit de ẽntia matrimonij. tamẽ potestas reddẽdi hm̃oi actuz est de essentia vel de necessitate matrimonij. ppter qd̃ impotẽtia coeundi excludẽs hm̃oi potestatẽ impedit ꝛtractũ veri mr̃imonij ¶ Nec valet probatio. Quia q̃zuis ridere nõ sit d̃ necessitate homis. tm̃ non posse ridere sufficienter tollit hominẽ. qz necessaria consequẽtia sequit. hoc nõ est risibile. ergo nõ est hõ ¶ Etiam creare nõ est de essentia dei. cũ deꝰ ab eterno fuerit. ⁊ tamẽ ab eterno nõ creauerit. tamẽ nõ posse creare sufficiẽter infert nõ esse deum. Sic in ppposito. q̃ ⁊c.

Tercia ps scdi articli

Nota

Nota.

Instantia

Solutio.

Quantũ ad terciũ articulũ est aduertendũ. q̃ furiosus. vel hz aliq̃ lucida interualla. et tũc p tpe quo liberũ hz vsũ rõnis põt ꝯhere mr̃imoniuz. qz p tali tpe põt se obligare ad ea q̃ ad vez mr̃imoniũ requiruntur. Uel furor eius ẽ continuus absqz omi lucido interuallo. tunc hm̃oi furore durante nõ potest ꝛtrahere matrimoniũ. et dato q̃ ꝯhat. tm̃ hm̃oi ꝯcus nõ obligat ꝛtrahẽtes. Quia deficiẽte libero cõsensu nõ ꝛtrahit matrimoniuz. Sed talis furiosus nõ pt hr̃e libez ꝛsensũ. q̃ nõ pt ꝯhere mr̃imoniũ. Maior patet ex his que dixi dist. xxix. articulo p̃mo. Minorẽ probo. quia vbi totaliter deficit vsus rationis. ibi nec cõsensus nec aliqs actꝰ volũtatis potest esse vere liber. Sed cõtinuo exñte furore tunc totaliter deficit vsus rõnis. ergo ⁊c. ¶ P. carens vsu rationis non potest se in his que ad verum spectant matrimoniũ

Articulus tercius.

Cõclusio

Casus 1

2

ppetue obligare. q̃ nõ potest matrimoniũ ꝯhere. Añs pz 7 sil'r ꝯñtia. Cũ igit ꝯtinue furio/
Instantia sus continue careat vsu rõnis. ergo ꝛc. Forte dicet q̃ furor nõ est aliquod d̃ illis duodecim impedimẽtis recitatis ĩ ꝑmo articulo istius questionis. ergo vel ista conclusio est falsa. vel numerus impedimentoꝝ ĩ primo articulo positus extitit diminutus. Cõsequentia pz. Añcedẽs ꝑbat. qz discurrendo ꝑ singula nõ inueniet q̃ furor sit aliquod illoꝝ impedi/
Solutio. mentoꝝ. Dicẽdũ q̃ iste furor reducit ad ꝑmũ illoꝝ impedimentoꝝ. scz ad errorẽ. qz qui totaliter caret vsu rationis. ille ĩ omni suo cõtractu videt errare. et dato q̃ q̃ñqz nõ erret. hõ est ꝑ se 7 ex sua industria. sed est ꝑ accidẽs 7 a casu.

Articulus quartus

Quãtum ad quar

tum articulũ ẽ sciendũ. q̃ incestus potest dupliciter ꝯsiderari. Uno mõ ratione crimis q̃ incestuosus inficit. 7 sic ꝓhibet matrimoniuz ꝯtrahendũ. licet nõ dirimat ꝯtra hm̃oi ꝓhibitionẽ cõtractũ. Alio mõ ratione affinitatis quam interdũ ipse incestuosus acquirit. 7 sic nõ solum ꝓhibet matrimoniũ ꝯtrahẽdũ. sed etiã dirimit contra hm̃oi ꝓhibitionẽ contractum. Istoꝝ primũ declarabit dist. xxxvij vbi agit magister d̃ impedimẽto crimis. Secundũ dist. xli. vbi agit magister de impedimento affinitatis. Ideo ad ꝑñs circa horuz declarationẽ nõ insisto. Ad argumẽtũ ꝑn/
Ad ꝑnci/pale argumentum. cipale dicendũ ad minorẽ q̃ q̃ꝫuis matrimoniũ inter fideles ꝑsonas legitime et vere ꝯtractũ. 7 carn aliter cõsummatũ sit indissolubile. tñ quocũqz istoꝝ triũ nõ existẽte tũc nõ est indissolubile. Si em̃ vnus coniugũ ad fidẽ christi ꝯuertit. altero in sua ifidelitate ꝑmanẽte. tũc dissolui poterit matrimoniũ. Cuius ratio patebit dist. xxxix. Etiaz si matrimonium est fictum 7 nõ verum seu legitimũ. tũc nõ est indissolubile. Sed matrimoniũ ficti/ũ est 7 nõ veruz seu legitimũ. q̃ñ ꝯtractũ matrimoniũ ꝑcedit aliquod ꝑdictorũ impedimẽtorum. Etiã q̃ꝫuis verz sit matrimoniũ. tñ si ꝑ carnalẽ copulã nõ est cõsummatũ. tũc sollẽni voto ꝯtinẽtie infra duos mẽses a ꝑma die ꝯcus ipsius m̃rimoniũ põt irritari. sicut pz ex dictis supꝫius dist. xxvij. arti. iij.

Distinctio tricesima quinta 7 tricesima sexta.

Hoc etiam no

tãdũ ẽ. Postq̃ mgr̃ tractauit de impedimẽtis ꝯctũ m̃rimoniũ ꝑcedẽtibꝫ. hic determiat d̃ impedimẽtis hm̃oi ꝯctũ seq̃ntibꝫ 7 ꝯcomitãter incidẽtibꝫ. Et diuidit ĩ duas ꝑtes. Qz ꝑmo determinat de impedimẽto m̃rimoniũ verz ꝯñte. puta de separatione q̃ solet fieri ꝑpter fornicatõz. Secõ de impedimẽto matrimoniũ simulatũ ꝯcomitãte. puta de errore 7 deceptõe circa seruituris ꝯditionẽ. dist. xxxvi. ibi. Nũc de ꝯditõe. Prĩa in duas. Qz ꝑmo oñdit quõ iter ꝯiuges cã fornicatõis q̃ñqz celebrat diuortiũ. Secõ ĩquirit vtz adulter cũ illa possit hr̃e m̃rimoniuz quã ꝑius polluit ꝑ adulteriũ. ibi Solet etiã q̃ri. Prĩa in tres. Qz ꝑmo ostẽdit q̃ ꝑpter fornicationez licet vxorẽ dimittere. Secõ q̃ dimittẽs a tali vicio dz immunis existere. Tercio q̃ dimittẽti dimissa viuẽte nõ licet aliam ducere. Secõa ibi. Si ꝯo querit. Tercia ibi. Si quis aũt. Sequit dist. xxxvi. Nũc d̃ ꝯditione. In qua magister determinat de impedimẽto incidẽte circa ꝯtractuz matrimoniũ ꝑpter ignorantiã seruil'ꝯditiõis. Et diuidit in duas ꝑtes. Ad cuius intellectũ est aduertendũ q̃ aliqui homĩes sunt veri serui. aliqui ꝯo nõ veri serui. licet aliquo tempe teneãtur ad modũ seruoꝝ. puta heredes ꝑuuli. Nam sicut ait apl'us. Quãto tempe heres ꝑuulus ẽ nihil differt a seruo. Primo ergo magister tractat de ꝑmis puta de habentibꝫ seruilẽ cõditionẽ Secũdo de secũdis. s. d̃ habẽtibꝫ puerilẽ conditionẽ. ibi. Hoc etiã sciendũ est. Prima in duas. Nã ꝑmo ostẽdit q̃ error seruutis ꝑcedẽtis ꝯcomitãs matrimonialẽ ꝯtractũ hm̃oi cõtractũ impedit Secũdo ostẽdit q̃ si seruitus post talẽ contractũ acciderit hic matrimoniũ ꝑius contractũ non dirimit. ibi. Illud etiã notãdũ ẽ. Prima ĩ duas Quia ꝑmo ostẽdit quõ seruilis cõditio impedit m̃rimoniũ. Secõ inquirit vtz seru⁹ vnius d̃ñi cuz ancilla alterius d̃ñi possit habere cõiugũ. ibi Querit etiã si seruus. Circa istas duas distinctões quero.

Vtrũ separatis ab inuicẽ coniugibꝫ cã fornicationis vn⁹ viuente altero possit alibi ꝯtrahere matrimoniũ Et videt q̃ sic. Quia ꝑsonis separatis ab inuicem ꝑpter seruitutis conditionẽ licet cum alijs ꝑsonis ꝯhere. ergo similit licebit separatis ꝑpter

fornicationē. Añcedēs pz. qz qñ ppter errorē conditionis illi qui videbātur esse coniuges ab inuicē separantur. tūc vterqz eorz potest contrahere secūdario hmōi errore excluso. Consequētia etiā patet. quia fornicatio magis videtur esse ꝛtra bonū matrimonij qz ꝛditio seruitutis. ergo ppter diuortiū inductū causa fornicationis nō minus absoluit vnus ꝛiūx ab alio. qz p separationē factā ppter errorē conditionis. ¶ In ꝛtrariū est pceptū dei quod recitat aplus. i. ad Corinth. vij. dicēs. Precipio nō ego sed dñs vxorez a viro nō discedere. q̄ si discesserit manere innuptā. ¶ Dic primo videndū est de pncipali quesito. ¶ Secūdo dato q̄ coniuges cā fornicatōnis ab inuicē separentur. vtrū licite valeant reuniri. Et hoc qz tum ad distinctionē. xxxv ¶ Tercio videda sunt aliqua de conditione seruili. ¶ Et quarto de etate puerili. Et hoc qztum ad distinctionē. xxxvi.

Articulus primus.

Quantuz ad primū

aliquid psupponit z aliqd querit. Presupponitur em q̄ causa fornicatōis licitū sit fieri diuortiū inter legitimos cōiuges. Et queritur vtrū ꝛc. igit quattuor ponā ꝛclusiones. Quarum tres erūt circa psuppositū. z quarta circa pncipale quesitū. ¶ Prima cōclusio est q̄ licitū est viro quādoqz dimittere vxorē fornicātem. Quia in quo quis peccat in illo pōt ḋ iure puniri. Sed mulier adultera peccat cōtra fidē matrimonij. ergo vir non tenet ei fidē obseruare. z p ꝛsequēs ab ea iuste poterit separari. vt sic verificet illud poeticū. Frangēti fidem: fides frāgatur eidē. ¶ P. hoc est licitū quod fit fm documentū euangelicū. sed fm doctrinā christi Matt. xix. vir potest dimittere vxorē causa fornicationis. ergo ꝛc. ¶ P. quādoqz vir tenet ex pcepto iurisdicōici dimittere vxorem fornicantē. ergo quādoqz licitū est vxorem dimittere. Cōsequētia patet. qz ius canonicū nihil pcipit nisi sit licitū. Añcedēs probat auctoritate Chrisost. qui ait sup Matt. q̄ adultera donec pēniteat nō est tenēda ī consortio coniugij. Quia sicut iniquus ē qui castā dimittit. sic fatuus est qui tenet meretricē Et ista verba Chrisosto. ponūtur in decretis xxxij. q. i. ¶ Notāter autē in ista conclusione addidi quādoqz. qz nō omnis fornicatō sufficit ad dimittendū vxorē. Hoc em apparet in septē casibus. ¶ Quorū primus est si cōuincitur vir sufficiēter. q̄ etiā ipse fornicatus est cum alia muliere. tunc em ad paria iudicant vir fornicator z vxor fornicatrix. crimen enim equat omes quos inquinat. vt ait Cassiodorus in libro epistolarū. z ideo in illo casu vni coniugū nō competit accusatio contra alterū. vt ptz extra de diuortijs. c. significasti ¶ Secundus est si de voluntate viri vel de iussu eius mulier fornicat. Istud patet extra de eo q̄ cognouit consanguineā vxoris sue. c. discretionem. ¶ Tercius si reddit vxori debitū postqz manifeste cognouit ipsam fornicatā fuisse. tunc em pdit ius accusandi vxorez de huiusmodi fornicatione. vt patet. xxxij. q. i. c. i. et ij. ¶ Quartus casus est quādo vxor credens maritū suuz esse defunctū nupsit alteri. a quo si immediate recesserit postqz cognouerit maritū priorē adhuc viuere. tūc ille primus tenetur illam recipe. nec potest eam dimittere ptextu fornicationis ppter bonā fidem mulieris. quia credidit illum secundū esse suum legitimū virum. licet hoc nō fuerit veruz. Secus autē est si nō immediate recesserit a secundo reuerso pmo marito. Ista omnia ponūtur xxxiiij. q. i. cum p bellicaz ¶ Quintus casus est si aliquis latēter accessit ad vxorē alterius sub specie vel similitudine viri sui. et ipsa consensit ei. credens cōsentire suo pprio viro. tūc excusatur p ignorantiā facti. vt patet. xxxiij. q. ij. in lectū mariti. Et istud est verū dūmodo hmōi ignorantia sit inuincibilis. z nō sit affectata vel crassa z supina. De quibus ignorantijs dixi libro secūdo. distinctione. xxij. ¶ Sextus casus est si vxor alicuius fuerit ab altero viro vi oppressa. quia tūc excusat p impotentiaz. vt patet. xxxij. q. v. c. pposito. Et istud est intelligendū de vi seu violentia absoluta. z nō de violentia inducta p metuz vel pces. vt patet. xxxij. q. vij. c. omnes occasiōes ¶ Septimus casus est. Si aliquis existēs extra fidem christianā repudiauit vxorē suā sine crimine fornicationis. z illa fm rituz gentis sue recepit alium maritū. Et postea tā primus vir qz ista mulier cōuertūtur ad fidem christianā. tunc ipse cogendus est q̄ reuertatur ad illam vxorē. nō obstante q̄ fuerit alteri viro copulata p tempus sue repudiatiōis. Iste casus ē determinatus extra de diuortijs. c. gaudemus ¶ Conclusio secūda est. q̄ nō obstante adulterio. tñ diuortiū nō dz fieri inter ꝛiuges aucte eorz ppria. sz debet fieri iudicio ecclie. Qz ī exteriorib correctōib nō dz ī

Cōclusio prima.

Casus ī q̄bus nō pt dimitti vxor ppt fornicationē.

Primus.

Secundus

Tercius

Quartus

Quintus

Sextus

Septimus

Cōclusio secda.

eadem causa idem esse actor 7 iudex. nec etiam reus et iudex. Sed quãdo causa fornicationis agitur de faciendo diuortio inter coniuges. tũc coniũx innocens est actor seu accusator. et psona nocens est rea seu accusata. ergo neutra istarum psonarum potest esse iudex qũtum ad hmõi diuortium faciendũ. 7 p consequens referendũ est ad ecclesiasticũ iudiciũ. sicut etiam in veteri testamento ad ipsos iudices reducẽda fuit causa repudij. ¶ P. xxxiij. q. 1. c. seculares. dicit. q viri qui vxores suas abiecerit prius qũ iudicio damnẽtur. a cõmunione ecclesie 7 sancto populi cetu. p eo q coniugia maculant sepentur. ¶ Forte dicet contra istud. q illud nõ debet reduci ad ecclesie iudicium quod non potest probari. Sed actus fornicationis vtplurimũ nõ potest probari. Maior patet. quia ĩ exteriori ecclesie iudicio iudicat fm allegata et probata. Patet etiam minor. Quia vt dicit Job. xxv. Oculus adulteri obseruat caliginem. 7 qui male agit odit lucem. vt dicit in euangelio. ¶ P. si vxor fornicatrix peteret actum carnalis copule a viro suo postqũ nota est viro vxoris fornicatio. tunc vir sua auctoritate potest vxori p̃dictum actũ denegare. ergo sua auctoritate potest talem fornicatricẽ vxorem dimittere. Cõsequẽtia pbatur. quia habitatio viri cum vxore maxime videt esse p̃cepta in iure ppter redditionem debiti carnalis copule. vt patet extra de coniugio leprosorũ. c. puenit. 7. c. quoniam nemini. Ergo in casu in quo vir non tenetur vxori petenti reddere actum carnalis copule. in illo casu nõ tenet vxori cohabitare. Antecedens etiã patet. quia si vxori sponte reddit debitũ postqũ sibi constat de vxoris fornicatione. tunc fm iura nõ potest de hmõi fornicatione mulierẽ accusare. ¶ Etiam efficeret bigamus. 7 p consequens irregularis. ita q etiam mortua vxore nõ posset ad ordines promoueri. ¶ P. sententiam latam a iusto iudice potest homo exequi p se absqũ speciali iudicio ecclesie. Sed christus qui est suprem⁹ 7 iustus iudex tulit hanc sententiam Matth. v. q vir possit vxorẽ dimittere causa fornicatõis. ergo vir potest hoc exequi p se absqũ requisitione iudicij ipsius ecclesie. ¶ P. vir iustus sciẽs vxorem suam impregnatam ab alio qũ a se. licite potest eam occulte dimittere. ergo vir potest vxorẽ fornicantẽ dimittere ppria auctoritate. Consequẽtia patet. Probat antecedẽs. Dr Matth. 1. dicit. q Joseph cũ esset iustus: cogitauit occulte dimittere Mariã coniugem suam. 7 hoc p tanto. vt videt ex textu precedẽte. quia pcepit eam esse grauidam seu impregnatam. ¶ P. Hostiẽsis 7 Innocẽtius. qui sunt magni doctores in iure canonico. dicũt. q quãdo manifestũ est vxoris adulteriũ. vir potest vxorẽ dimittere p seipm. ¶ Ad pmum dicendũ ad minorẽ. q licet crimen fornicationis non possit semp probari. tamen quãdoqũ ex facti euidentia probari potest. et saltẽ tunc in iudicio ecclesie vir potest diuortium petere ab vxore. ¶ Etiam dato q actus fornicationis nõ possit quãdoqũ directe pbari. tamen si probat aliquid ex quo de tali actu habet violenta suspitio. tũc iudex eque potest facere diuortia ac si actus fornicationis directe fuisset probatus. Sicut si tempe 7 loco suspecto inuenitur nudus cũ nuda. et solus cum sola.

Instantia 1

Solutio. Ad. 1.

¶ Ad secundũ dicẽdum q viru dimittere vxorẽ potest dupliciter intelligi. Uno modo qũtum ad redditionem carnalis copule. Alio modo qũtum ad cohabitationẽ. Primo mõ vir pt vxorem dimittere quãdo sibi cõstat de vxoris fornicatõe. nisi ecclesia p̃cipiat sibi oppositũ. quod p tanto dico. quia anteqũ cõstet ecclesie de mulieris fornicatione. tunc ecclesia potest viro p̃cipere q reddat debitum vxori. et sic reddẽs ad mandatum ecclesie nõ pdit ius accusandi mulierẽ de fornicatione. qũ is efficiatur irregularis. ¶ Secũdo modo nõ potest vxorem dimittere absqũ iudicio ecclesie.

Ad. 2.

¶ Et quia diuortiũ inter virum et mulierem est separatio nõ solum qũtum ad thorũ. sed etiam qũtum ad cohabitationẽ. ideo absolute potest concedi. q inter legitimos coniuges non debet fieri diuortiũ absqũ iudicio ecclesie. et p consequẽs istius argumenti ꝛsequẽtia est negãda in eo sensu quo ducit ꝛtra pmissam cõclusionẽ. Ad pbationẽ item negãda est consequẽtia. qr qũis p peccato secreto iuste puniatur aliquis ĩ secreto. ppter hoc tñ nõ seqtur q debeat puniri ĩ publico. igit supposito q viro constet in secreto de fornicatione vxoris. ipse iuste potest talem fractricem fidei punire ĩ secreto p subtractionẽ debiti seu p separationem thori. qũ is eam non iuste puniret p publicã denegationẽ cohabitationis. ¶ Ad tertium dicendũ. q minor pprie loquẽdo de sentẽtia nõ est vera. qr sentẽtia est applicatio iuris cõmunis ad factũ priculare. 7 ideo qũis p illa ꝝba ĩ Mat. scpta xps ius cõe seu legẽ cõmunem pmulgauerit. tñ sniam nõ tulit. sed hoc ecclesie faciendũ dereliquit. q hmõi ius ꝛmune ad hoc factũ particulare potest applicare

Ad. 3.

Ad.4. ¶ Ad quartū dōz q̃ totū argumētū pōt concedi q̃tum ad thori dimissionē. sed non q̃tū
Ad.5. ad habitationis separationē. ¶ Ad q̃ntū dicēdū q̃ ꝓba illoꝝ doctoꝝ pnt intelligi de adulta manifesta. q̃ nō vult desistere ab hmōi crimine. illam em̄ teneť vir dimittere ex determinatione ecclie. vt patet ex dictis supius. Et idō dicit talez dimittere p seipm. qz non ē necesse q̃ de hoc requirat de nouo iudiciū ecclesie. cū sibi sufficiat ad hoc pceptum ecclesie. ¶ Cōclusio tercia. q̃ eque potest vxor dimittere viz fornicantem sicut vir vxorem. Quia fm
Cōclusio tercia.
